Vitae et passiones sanctorum
Lorsch (z.T. Arras ?), 1. Hälfte 9. Jh. u. Ende 9. Jh. Seite 86r



eo quod perierat & mortuus fuerat · & omnis pro
uintia laetabatur · & conuertebantur in dnm ihm · credentes (marg.)
xpm · Tunc exiens unus ex officio eius nomine ar
temius qui & ipse iam xpi baptismum susceperat · &
profectus est in locum sinus · & exiens de nauicula
ingressus ecclesiam orauit ad corpus & dixit · cuius
uocabulo scs hoc in loco requiescit · commanentes
uero loci illius · dixerunt torpes dicitur · Tunc
cognouit quia ipse fuerat qui a nerone in ciuitate
pisana passus fuerat · dixit · Indulgeat mihi dns ·
quanta ego in eum gessi per iussa iniquorum prin
cipum paganorum · quia interfui quando iste
iste passus est · & dixerunt ad eum · quomodo uo
catur nomen tuum · Ille dixit · Arthemius · Et
illi dixerunt · & scis uere quomodo passus est · Arthe
mius dixit · Ego omnibus interfui · & manifeste
scio qualiter passus est · Illi dixerunt · nuntia
nobis gesta ipsius · quia & ipse Arthemius magnus
litteris eruditus erat · Residens dictauit gesta
qualiter passus fuerat · & sceptor quem reliquerat
nomine audacis · Celebratur natalis eius in kl mai ·
gloria xpo qui tantam gratiam dedit timentib· se
& scm suum eripuit de altitudine maris · & omnes
qui eum inuocant in mare adiuuante dno libera
buntur · cui est honor & gloria in scla sclorum amen ·

EXP PAS SCI TORPETIS MAR ·

INCIPIT PASSIO
SCI ALEXANDRI PAPE
ET ALIORUM SCORUM
MENS MAI DIE III ·

XI QUINTO LOCO A BEATO PETRO APOS
tolo romane urbis ecclesiae cathedram
sedit alexander · scitate incomparabilis · iuue
nis quidem aetate · sed fide senior · Totius autē
populi uerum affectum gratia ei diuina contu
lerat · Nam & senatorum maximam partem con
uertit ad dnm · ut praefectum quoque hermen cū
uxore & sorore & filiis baptizaret · cum mille
ducentis quinquaginta seruis suis · & uxoribus
quoque eorum & filiis · quos omnes in die sco
pasche prius fecit fieri ingenuos · & ita bapti
zari · postea quibus etiam multi cum ingenuos
faceret dona concessit · Unde cum haec opera
eius ad traianum principem peruenissent ·
misit aurelianum comitem utriusque militiae
de seleucia isauriae · ad interfectionem omnium
xpianorum · Unde nutu di eodem anno defunc
tus est traianus · & ingresso in urbem aureli
ano · omnis senatus ita famulatus est eum ·
ut ipsum principem crederent esse traianum ·
statim uero ut ingressus est · uenerunt ad eū
templorum pontifices · & ea quae facta sunt
inuidiosis uocibus suggerentes · Ita animam
aureliani ad iracundiam prouocauerunt ·
ut hermen praefectum urbis in uincula mi
sisset · sed & scm alexandrum papam carceri
mancipauit · Unde orta est grandis seditio po
puli romani · Nam alii clamabant uiuus ardeat
alexander · Alii dicebant hermes debet uiuus
incendi · qui tot milia hominum a deorū cultura
auertit · quos fecit templa derelinquere · &
deos lares in suis sedibus unumquemque con
fringere · Igitur dum hermes praefectus ur
bis haberetur in uinculis apud quirinum tri
bunum · dicit ei tribunus · Quae ratio est ut uir
inlustris uice sacra iudicans · non solum ad istam
iniuriam te redigi uelis · uerum etiam praefec
turam honorem in uinculis tamquam priuatū
onem mite equanimiter feras · Scs hermes ait ·
ego praefecturam non perdidi · sed mutaui · Nā
dignitas terrena · a terris tollitur ac mutatur ·
Dignitas uero caelestis · aeterna sublimitate sub
sistit · Dicit ei quyrinus · Miror te prudentem
uirum ad tantam stultitiam deuenisse · ut credas
te extra istam uitam aliquid habiturum · postquā
cineres humani corporis ita ad nihilum redigantur ·
ut nec ipsa ossa subsistant · Hermes dixit · Et
ego ante hos annos deridebam · & istam carnalē

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0177